

Band III., Nr. 766, Seite 252-255

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Bebenhausen in seinen Schutz, bestätigt dessen rechtmäßig erworbenen Güterbesitz und weitere aufgezählte Rechte und Freiheiten.

1229. März 8.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis abbati monasteri sancte Marie de Bebenhusen, Cisterciensis ordinis, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritas incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat, ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancta Marie de Bebenhusen, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur; preterea quascunque possessions, quecunque bona idem monasterium in presentiarum^a iuste ac canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, grangiam in Wile cum omnibus pertinentiis suis, grangiam in Altorff cum omnibus pertinentiis suis, grangiam in Vespervvile et Lumbach cum omnibus earum pertinentiis possessions in Hochdorff, possessions in Vtingen, possessions in Taulfingen, grangiam in Zuffenhusen cum suis^F pertinentiis, possessions in Gisenac et in Fûrbach, grangiam in Achilungishart¹ cum suis pertinentiis, possessions in Zimerbuch et in Beringen, grangiam in Echdirtingen cum suis pertinentiis, possessiones in der Eich² et Vttingshusen³ et Kemnaten et in Blûningen, possessions in Lachen et in Waltdorff et Lustenovve et in Stifurt, grangiam in Ekke cum suis pertinentiis, possessiones in Tusslingen et

^aA: *impresentiarum*.

¹Aglishardt (es ist ohne Zweifel d statt ch zu lesen: Adilungishart), vgl. S. 239 Anm. 1.

²Ober- und Untereichen, Leinfelden-Echterdingen, ES.

³Ittingshäuser Hof, abgegangen bei Degerloch.

II

in Stokka cum suis pertinentiis, possessiones in Ezzelingen^b et in Velbach et Stettin et in Stutgarten et in Wangen, possessiones in Hûppelbore⁴ et in Haberslat et in Heffincken^{c5}, possessiones in Entringen et in Culingen⁶ et in Terendingen et in Pfeffingen, possessiones in Mosberg, in Bôblingen, possessiones in Winoldishen et in Gerringen⁷ et in Tûlbingen⁸, possessiones in Tûntzhouen et in Vehingen et possessiones in Ech⁹ cum pratis^d, terris, vineis, nemoribus, usuagiis, pascuis^e, in bosco et plano, in aquis et molen-
dinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale, ac etiam novalium, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos, e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia ab eodem loco^f discedere, discedentem vero absque communi^g litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis retinere forte presumpserit, licitum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium monasterio vestro co[l]latum^h liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius capituli, vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam

^bA: *Stokka et in Ezzelingen*. Die Worte *cum suis pertinentiis, possessiones* sind zu streichen.

^cZwischen *n* und *h* ist ein Riss im Pergament, der noch die Spur eines Buchstabens mit Oberlänge erkennen lässt.

^dB: *brattis*.

^eA: *usuagiis et pascuis*.

^fA: *de eodem loco*.

^gB: *absque communium*.

^hA: *collatum*.

⁴Hipfelhof, Heilbronn, HN.

⁵Scheint verdorben für Hessigheim, LB ? Doch ist dem WUB nur ein Erwerb des Klosters von 1275 daselbst bekannt; die deutsche Übersetzung dieser Bulle in einem „Copeibüchlein“ des 16. Jahrhunderts hat dafür das Wort „Hefingen“, d. h. Höfingen, Leonberg, BB; ob diese Übersetzung aber richtig ist, ist eine andere Frage.

⁶Es wird „Cubingen“ zu lesen sein; Kiebingen, Rottenburg, TÛ gehörte mit dem vorigen und den beiden nachfolgenden Orten in die Bebenhäuser Pflege Roseck.

⁷Holzgerlingen, BB.

⁸Lies „Tuwingen“; Tübingen, TÛ.

⁹Aich, Aichtal, ES.

III

prohibemus, ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et maiors partis vestri capituli pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra pretium capituli vestri providentia constitutum, nisi propter manifestam domus vestre utilitatem; quod si facere forte presumpserit, non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis, in causis propriis, sive civilem sive criminalem contineant questionem, fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper autem auctoritateⁱ apostolica inhiemus, ne ullus episcopus, vel alia quelibet persona ad synodos vel conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domus vestras^j causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel conventus aliquos publicos convocandi venire presumat, nec regularem abbatis vestri electionem impediatur, aut de instituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus, in cuius parochia^k domus vestra fundata est, cum humilitate et devotione, qua convenit, requisitus^l, substitutum abbatem benedicere et alia que ad officium episcopale pertinent vobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios novitios benedicere et alia que ad officium suum pertinent exercere et vobis omnia ab illo episcopo percipere, que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adiicentes^m, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine ordinis noscitur instituta, ut scilicet abbates ipsi, salvo ordine suo episcopo profiteri debeant et contra statuta ordinis nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto vel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed omniaⁿ gratis vobis episcopus diocesanus impendat, alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate^o vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen, ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia

ⁱA: *autem auctoritate.*

^jA: *ad domos vestras.*

^kA: *parrochia.*

^lB: *requisitus.*

^mA: *adiicientes.*

ⁿA: *sed hec omnia.*

^oA: *fretus auctoritate.*

IV

vero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum, Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum, benedictiones fratrum autoritate^p apostolice sedis reeipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro eo quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros, pro eo quod ali[qu]a vobis^q beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adiverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur eandem sententiam protuleri[n]t^r, ipsam, tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam, duximus irritandam, nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constituerit impetrari. Preterea, cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis in vestro monasterio, exclusis excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum solitudine providere volentes, autoritate^s apostolica inhibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarumstrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem effundere^t, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, autoritate^u apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice autoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque^v se

^pA: *auctotitate.*

^qB: *quod alia vobis.*

^rB: *protulerint.*

^sA: *auctotitate.*

^tA: *sanguinem fundere.*

^uA: *auctoritate.*

^vB: *reumque.*

divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et [a] sacratissimo^w corpore, ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtura iudicem premia eterne pacis i[n]veniant. Amen. Amen.^x

 (*Rundzeichen.*^y) Ego Gregorius, catholice ecclesie episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valete.*)

 + Ego Pelagius, Albanensis episcopus, subscripsi.

 + Ego Thomas, tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, subscripsi.

 + Ego Bartholomeus, sancte Pudentiane presbyter cardinalis tituli pastoris, subscripsi.

 + Ego Iohannes, ecclesie sancte Praxedis^z presbyter cardinalis, subscripsi.

 + Ego Sygenbaldus, tituli sancte Taurinensis ecclesie presbyter cardinalis^{aa}, subscripsi.

 + Ego Stephanus, sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti presbyter cardinalis, subscripsi.

 + Ego Rainerius, sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis, [subscripsi].^{bb}

 + Ego Egidius, sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis, subscripsi.

 + Ego Petrus, sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, subscripsi.

 + Ego Rainaldus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, subscripsi.

 Datum^{cc} Perusii, per manum magistri^{dd} Martini^{ee}, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, VIII. idus Martii, anno incarnationis dominice MCCXXVIII., indictione II., pontificatus vero donni Gregorii pape VIII. anno secundo.

—

Der Textabdruck erfolgt nach CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 374, Nr. IX. Einige offenbare Druckfehler bei Besold sind stillschweigend geändert und statt der *ae* des Abdrucks die *e* wiederhergestellt.

 Ein Vidimus (B) der Urkunde von Propst Johannes Tegen von Sindelfingen, d.d. 1463 Febr. 22, auf Pergament hat sich im Besitz des Stifts St. Paul im Levanttal/Kärnten

^wB: *et a sacratissimo.*

^xA: *inveniant. Amen. Amen. Amen.* B: *inveniant* und nur ein *Amen.*

^yA hat die gewöhnliche Umschrift dieses Papstes *Fac mecum domine signum in bonum.* Sie ist in der bei Besold in Holzschnitt hinzugegebenen Abbildung gründlich entstellt.

^zA: *tituli sancte Praxedis.*

^{aa}A: *Sygenbaldus tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis.* Der Abdruck hat unrichtig *Taurenn in . . . presbyter cardinalis.*

^{bb}A: *Cosmidin diaconus cardinalis subscripsi.*

^{cc}Wort fehlt in B.

^{dd}Der Abdruck hat unrichtig *Magn.*

^{ee}A: *per manum magistri Martini.*

erhalten. Die bedeutenderen Abweichungen von dem oben gedruckten Text sind, abgesehen von den zahlreichen Schreibvarianten der Ortsnamen, in den Anmerkungen nachgewiesen.

 Auch war nachträglich ein Vergleich mit dem Original (A), früher in der Universitätsbibliothek München, jetzt HStA Stuttgart, möglich, dessen Abweichungen vom abgedruckten Text, abgesehen von den Textvarianten der Orte, in den Anmerkungen angegeben sind. Am Original hängt an rot-gelben Seidenfäden die gewöhnliche Bulle dieses Papstes.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 11

Überlieferung und Textkritik:

Original. Übersetzung in den Diplomataren HStA Stuttgart H 14 Nr. 16 und Nr. 24. Vidimus von Propst Johannes Tegen von Sindelfingen von 1463 Februar 22 auf Pergament hat Abweichungen: Stiftsarchiv St. Paul im Lavanttal, vgl. WUB, Bd. VI, S. 487. Vgl. auch WUB, Bd. VII, S. 479.

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: *Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...]*, 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 374, Nr. IX. Petrus: *Suevia ecclesiastica*, S. 133 (nach Besold).

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): *Urkundenbuch der Stadt Esslingen*, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (*Württembergische Geschichtsquellen* 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 7, Nr. 24. *Urkundenbuch Stuttgart*, bearb. von Adolf Rapp, Stuttgart 1912 (*Württembergische Geschichtsquellen*, 13), S. 1, Nr. 1. AUGUST POTTHAST (HRSG.): *Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV*, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 1, S. 719, Nr. 8352. TILMANN SCHMIDT: *Die Originale der Papsturkunden in Baden-Württemberg: 1198-1417*, 2 Bde., Vatikan 1993 (*Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum*, 6,1-2), Bd. 1, S. 50 f., Nr. 104.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Aussteller:

Gregor IX.; Papst

Ortsindex:

Aglishardt Wohnplatz (16038)
 Aglishardt, Römerstein, RT

 Aich Wohnplatz (555)
 Aich, Aichtal, ES

 Alba, Piemont, Italien

 Altdorf Wohnplatz (81)
 Altdorf, BB

 Bebenhausen Wohnplatz (16199)

 Bebenhausen, Tübingen, TÜ

 Böblingen Wohnplatz (84)

 Böblingen, BB

 Böhringen Wohnplatz (16039)

 Böhringen, Römerstein, RT

 Derendingen Wohnplatz (16203)

 Derendingen, Tübingen, TÜ

 Dußlingen Wohnplatz (16108)

 Dußlingen, TÜ

 Echterdingen Wohnplatz (512)

 Echterdingen, Leinfelden-Echterdingen, ES

 Eck Wohnplatz (16205)

 Eck, Tübingen, TÜ

 Entringen Wohnplatz (16224)

 Entringen, Ammerbuch, TÜ

 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

 Esslingen am Neckar, ES

 Eutingen im Gäu FDS

 Eutingen im Gäu Gemeinde (7398)

 Fellbach Wohnplatz (1340)

 Fellbach, WN

 Feuerbach Wohnplatz (17)

 Feuerbach, Stuttgart, S

 Geisnang Wüstung (21711)

 Geisnang, Ludwigsburg, LB, W

 Haberschlacht Wohnplatz (1879)

 Haberschlacht, Brackenheim, HN

 Hessigheim Wohnplatz (998)

 Hessigheim, LB

 Hipfelhof Wohnplatz (1774)

 Hipfelhof, Heilbronn, HN

 Hochdorf Wohnplatz (6850)

 Hochdorf, Nagold, CW

 Holzgerlingen Wohnplatz (133)

 Holzgerlingen, BB

 Höfingen Wohnplatz (153)

 Höfingen, Leonberg, BB

 Ittingshausen Wüstung (21500)

 Ittingshausen, Stuttgart, S, W

 Kemnat Wohnplatz (542)

 Kemnat, Ostfildern, ES

 Kiebingen Wohnplatz (16179)

 Kiebingen, Rottenburg am Neckar, TÜ

 Lachen Wüstung (26269)

 Lachen, Tübingen, TÜ, W

 Lombach Wohnplatz (7545)

 Lombach, Loßburg, FDS

 Lustnau Wohnplatz (16210)

 Lustnau, Tübingen, TÜ

 Musberg Wohnplatz (517)

 Musberg, Leinfelden-Echterdingen, ES

 Oberaichen Wohnplatz (518)

 Oberaichen, Leinfelden-Echterdingen, ES

 Perugia, Umbrien, Italien

 Pfäffingen Wohnplatz (16227)

 Pfäffingen, Ammerbuch, TÜ

 Plieningen Wohnplatz (41)

 Plieningen, Stuttgart, S

 Rom, Latium, Italien

 Stetten : Kernen im Remstal WN

 Stetten Wohnplatz (1765)

 Stiffurt Wüstung (23774)

 Stiffurt, Tübingen, TÜ, W

 Stockach Wohnplatz (16119)

 Stockach, Gomaringen, TÜ

 Stuttgart Landeshauptstadt

 Tailfingen Wohnplatz (109)

 Tailfingen, Gäufelden, BB

 Tiber

 Tunzhofen Wüstung (21514)

 Tunzhofen, Stuttgart, S, W

 Tübingen Wohnplatz (16214)

 Tübingen, TÜ

 Unteraichen Wohnplatz (524)

 Unteraichen, Leinfelden-Echterdingen, ES

 Vesperweiler Wohnplatz (7635)

 Vesperweiler, Waldachtal, FDS

IX

Vödingen Wüstung (21729)
 Vödingen, Schwieberdingen, LB, W

Walddorf Wohnplatz (16036)
 Walddorf, Walddorfhäslach, RT

Wangen Wohnplatz (64)
 Wangen, Stuttgart, S
 Weil im Schön-
buch Wohnplatz (257)
 Weil im Schönbuch, BB
 Wendels-
heim Wohnplatz (16192)
 Wendelsheim, Rottenburg am Neckar,
TÜ
 Zimmerbuch Wüstung (23730)
 Zimmerbuch, Römer-
stein, RT, W
 Zuffenhausen Wohnplatz (68)
 Zuffenhausen,
Stuttgart, S